

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection](#)[Iconothèque](#)[Collection Série C - 1616. Filippo Ferroverde, *Mythologiae libri* \(Padoue\)](#)[Item](#)[Mythologia, Padoue, 1616 - 82 : Les Sirènes](#)

Mythologia, Padoue, 1616 - 82 : Les Sirènes

Auteur(s) : Ferroverde, Filippo (graveur)

```
","author_name_items":"Auteur(s)","author_size_items":"16px","title_size_items":"16px"}}, new UV.URLDataProvider()); /* uvElement.on("created", function(obj) { console.log('parsed metadata', uvElement.extension.helper.manifest.getMetadata()); console.log('raw jsonld', uvElement.extension.helper.manifest.__jsonld); }); */ }, false);
```

Collection Série A - 1571. Giuseppe Porta et Bolognino Zaltieri, *Imagini degli dei* (Venise)

[Imagini, Venise, 1571 - 35 : Les Sirènes](#)□

a pour adaptation ce document

Collection Série B - 1581. Pierre Eskrich, *Images des dieux* (Lyon)

[Images, Lyon, 1581 - 35 : Les Sirènes](#)□

a pour adaptation ce document


Collection Série B - 1612. Pierre Eskrich, *Mythologie* (Lyon)

[Mythologie, Lyon, 1612 - 60 : Les Sirènes](#)□

a pour alternative ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia



Attentionem, ut dictum est, vniuersa transferri potest. At verò hunc de Sirenibus est dicendū.

De Sirenibus. CAP. XIII.

SIRIENES & ipsæ periculosa hominibus monstra propter cantus suauitatem, dicte sunt ita cantilenis nauigantes homines desuulcere, ut in profundissimum somnum inducerent: quos postea ita sopitos in mare deieciabant necabant: excogitabant enim ex omnibus cantilenis, quas pro cuiusque ingenio mundiores fore putabant. Has igitur fluxerunt antiqui Acheloi fluminis, qui Aetoliam ab Aearnania determinat, Nicopolimque ciuitatem, quam Cæsar post victum Antonium ad victoriæ eius memoriam sempiternam erexit, alluit, & Terpsichores fuisse filias. Nicander lib. 3. Mutatorum Melpomenen Sirenum matrem fuisse scribit, alij Steropen, alij Calliopen. Has tres fuisse memorant, quæ Musas aliquando in certa-

men cantus prouocare Iunonis iussu auisæ sunt: quare cum prius essent alatae Sirenes, Musæ alas victis enulserunt, coronasque ex illis factas suis capitibus imposuerunt: quod factum est in Creta iuxta ciuitatem illa de causa vocatam Apteram, ut ait Crobylus lib. 1. Illa de causa ut dictum est, postea alatis capitibus Musæ fuisse putabantur præter vnam, quæ erat illarum mater. Hæ igitur iuxta Pelorum Scitilæ promontorium prius, vel (ut alijs magis placuit) in insulis Sirenuis habitauerunt: quæ sunt in extrema parte Italiæ, ut scribit Strabo lib. primo, qui Sirenuis insulas etiam fuisse inquit lib. 3. laxos ac desertas, non procul à Capreis, Hæ dicte sunt inferiore corporis partē habuisse voluerum autem, at superiorem ad humanam formam effictam, ut scribit Theopompus in Callaschro, & Isacius. Idcirco monstra illas vocauit Ouid. lib. 3. artis amandi:

*Monstra maris Sirenes erant, quæ voca canora
Quaslibet admissas detinere rates.*



Nomina verò illarum fuerunt ista, Aglaope, Pifinoe, Theriopia: ut voluit Cherilus Theriope, Molpe, Aglaophonos. Clearchus verò Solensis, in Amatorijs, lib. 3. vnam illarum Leucosiam nominat, aliam Ligeam, tertiam Parthenopen: quare ait Strabo etiam lib. 1. Geogr.

nobilissimam Italiæ ciuitatē Neapolim dictam fuisse Parthenopen de nomine vnius Sirenum quæ in iis locis mortua est. Eam vero ciuitatem Phalaris Siciliæ Tyrannus instaurasse fertur per bella prope enersam, ac nouam ciuitatem nominasse, siue Neapolim, cum tamen

D d d 2 D d o